

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 Vtru[m] requirantur aliqua opera hominis ad hoc, q[uod] homo  
beatitudinem consequatur a Deo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

## Q V A E S T . V .

quo posset beatitudinem consequi. hoc enim erat impossibile: sed dedit ei liberum arbitrium, quo posse fit cōcerti ad Deum, qui eum saceret beatum. Quæ enim per amicos possumus, per nos aliqualiter possumus, ut dicitur in 3. Ethico. †

† Es 3. post  
med. illius  
tom.5.

\* Atex. 60.  
vñque ad 66.  
tom.2.

A D S E C V N D U M dicendum, quod nobilioris conditionis est natura, quæ potest consequi perfectum bonum, licet indiget exteriori auxilio ad hoc consequendum, quam natura quæ non potest consequi perfectum bonum, sed consequitur quodam bonum imperfectum, licet ad consecutionem eius non indiget exteriori auxilio, ut Philosophus dicit in 2. de cælo: \* Sicut melius est dispositus ad sanitatem, qui potest consequi perfectam sanitatem, licet hoc sit per auxilium medicinæ, quam qui solum potest consequi quandam imperfectam sanitatem sine medicinæ auxilio. & ideo creatura rationalis, quæ potest consequi perfectum beatitudinis bonum indigens ad hoc diuino auxilio, est perfectior quam creatura irrationalis, quæ huiusmodi bonus non est capax, sed quoddam bonum imperfectum consequitur virtute suæ naturæ.

A D T E R T I U M dicendum, quod quando imperfectum, & perfectum sunt eiusdem speciei, ab eadem virtute causari possunt: non autem hoc est necesse, si sunt alterius speciei. Non enim quicquid potest causare dispositionem materiæ, potest ultimam perfectionem conferre: imperfecta autem operatio, quæ subiacet naturali hominis potestati, non est eiusdem speciei cum operatione illa perfecta, quæ est hominis beatitudo, cum operationis species dependeat ex obiecto. unde ratio non sequitur.

## A R T I C U L U S VI .

Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creature.

T Super Questionis quinta Articulum sextum.

I N articulo 6. 7. & 8. nihil aliud scribendum occurrit, nisi p. materia 8. arti. tractata est in 1. lib. q. 82. articu. 1. ubi soluta sunt rationes. Sco. quare nide ibi. Et hic compleat tractatus primus huius libri.

\* Ter. 52. &  
53. 10. 3.

† p. p. q. 22.  
art. 1. ad 3.  
e. g. um.

\* q. 3. art. 5.

A D S E X T U M sic proceditur. Videtur, quod homo possit fieri beatus per actionem alicuius superioris creature, scilicet, angelii. Cum enim duplex ordo inueniatur in rebus, unus partium uniuersi ad inuinicem: alius totius uniuersi ad bonum, quod est extra uniuersum: primus ordo ordinatur ad secundum, sicut ad finem, ut dicitur 12. Metaphy. \* Sic eti pars partium exercitus ad inuinicem, est propter ordinem totius exercitus ad ducem: sed ordo partium uniuersi ad inuinicem, attingitur secundum quod superiores creature agunt in inferiores, ut in 1. dictum est. † Beatitudo autem consistit in ordine hominis ad bonum, quod est extra uniuersum, quod est Deus. ergo per actionem superioris creature, scilicet, angelii in hominem, homo beatus efficitur.

¶ 2 Præt. Quod est in potentia tale, potest reduci in actum per id, quod est actu tale. sicut quod est potentia calidum, fit actu calidum per id, quod est actu calidum: sed homo est in potentia beatus: ergo potest fieri actu beatus per angelum, qui est actu beatus.

\* q. 3. art. 5.

¶ 3 Præt. Beatitudo consistit in operatione intellectus, ut supra dictum est: \* sed angelus potest illuminare intellectum hominis, ut in primo habitum est: ergo angelus potest facere hominem beatum.

S E D C O N T R A est, quod dicitur in Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus,

## A R T I C . VI .

F R E S P O N . Dicendum, quod cum omnis creatura naturæ legibus sit subiecta, utpote habens limitatam virtutem, & actionem, illud quod excedit naturam creatam, non potest fieri virtute alicuius creature: & ideo si quid fieri oporteat quod sit supra naturam, hoc sit immediate à Deo: sicut suscitatio mortui, illuminatio cacci, & cetera huiusmodi. Ostensum, \* art. præc.

et, autem, quod beatitudo est quoddam bonum excedens naturam creatam, vnde impossibile est, quod per actionem alicuius creature coferatur: sed homo beatus fit solo Deo agente, si loquamus de beatitudine imperfecta. Si vero loquamus de beatitudine imperfecta, sic cadet ratio est de ipsa, & de virtute, in cuius actu consistit.

G A D P R I M Y M ergo dicendum, quod plerumque contingit in parentibus actiuis ordinatis, quod perdere ad ultimum finem pertinet ad supremam potentiam: inferiores vero potentia coadiuant ad consecutionem illius ultimi finis disponendo. Sicut ad artem gubernatiuam, quæ praefit nauifacit, pertinet vius nauis, propter quem nauis ipsa fit. Sic igitur in ordine vniuersi homo quidem adiuua turab angelis ad consequendum ultimum finem secundum aliqua præcedentia, quibus disponitur ad eius consecutionem: sed ipsum ultimum finem consequitur per ipsum primum agentem, qui est Deus.

H A D S E C U N D U M dicendum, quod quando aliqua forma actu existit in aliquo secundum esse perfectum, & naturale, potest esse principium actionis in alterum, sicut calidum per calorem calefacit: sed si forma existit in aliquo imperfecte, & non secundum esse naturale, non potest esse principium communicationis sui ad alterum: sicut intentio coloris qui est in pupilla, non potest facere album: neque etiam omnia quæ sunt illuminata, aut calefacta, possunt alia calefacere, & illuminare: sic enim illuminatio, & calefacio efficiunt usque ad infinitum. Lumen autem gloriae, per quod Deus videtur, in Deo quidem est perfecte secundum esse naturale: in qualibet autem creatura est imperfecte, & secundum esse similitudinarium, uel participatum. Vnde nulla creatura beata potest communicare suam beatitudinem alteri.

I A D T E R T I U M dicendum, quod angelus beatus illuminat intellectum hominis, vel etiam inferioris angelii, quantum ad alias rationes diuinorum operum: non autem quantum ad visionem diuinæ effectivæ, ut in primo dictum est. \* Ad eam enim videandam omnes immediate illuminantur a Deo.

## A R T I C U L U S VII .

Vtrum requirantur ad aliqua opera bona ad hoc, quod homo beatitudinem consequatur a Deo.

A D S E P T I M U M sic proceditur. Videtur, quod non requirantur aliqua opera hominis ad hoc, ut beatitudinem consequatur a Deo. Deus enim, cum sit agens infinita virtutis, non praexigit in agendo materiam, aut dispositionem materiae, sed statim potest totum producere: sed opera hominis cum non requirantur ad beatitudinem eius, sicut causa effectiva, ut dictum est, \* non possunt requiri ad eam, nisi sicut dispositiones. ergo Deus qui dispositiones non praexigit in agendo, beatitudinem fine præcedentibus operibus confert.

¶ 2 Præterea, sicut Deus est auctor beatitudinis immediate, ita & naturam immediate instituit: sed in prima institutione naturam produxit creaturas nulla dispositione

Infr. q. 6. in  
traductio  
Et. 1. q. 6.  
art. 3. ad 1. Et  
op. 3. cap.  
173.

\* art. præc.

spōsitione p̄cedente, vel actione creaturæ, sed statim fecit unumquodq; perfectum in sua specie. ergo videtur, quod beatitudinem conferat homini si ne aliquibus operationibus p̄cedentibus.

¶ 3 Pr̄t. Apostolus dicit Rom. 4. Beatitudinem hominis esse, cui Deus confert iustitiam sine operib; non ergo requiruntur aliqua opera hominis ad beatitudinem consequendam.

SED CONTRA eis, quod dicitur Ioann. 13. Si haec scitis, beati eritis, si feceritis ea. ergo per actionem ad beatitudinem peruenimus.

RESPON. Dicendum, quod restitudo uoluntatis, ut supra dictum est, \* requiritur ad beatitudinem, cū nihil aliud sit, quām debitus ordo uoluntatis ad ultimum finem, quē ita exigitur ad consecutionem ultimi finis, sicut debita dispositio materiae ad consecutionem formæ: sed ex hoc non ostenditur, qd̄ alia

qua operatio hominis debeat p̄cedere eius beatitudinem. Posset enim Deus simul facere uoluntatem reditatem in finem, & finem consequentem:

sicut quandoque simul materiam disponit, & inducit formam, sed ordo diuinæ sapientiae exigit ne hoc fiat, ut enim dicitur in 2. de caelo. \* Eorum quæ na-

ta sunt habere bonum perfectum, aliquid habet ipsu[m] sine motu, aliquid uno motu, aliquid pluribus.

Habere autem perfectum bonum sine motu, cōuenit ei, quod naturaliter habet illud: habere autem beatitudinem naturaliter, est solius Dei. Vnde solius Dei proprium est quod ad beatitudinem non mouatur per aliquam operationem p̄cedentem. Cū aut beatitudo excedat oēm naturā creatā, nulla pura creatura conuenienter beatitudinem consequitur absq; motu operationis, per quā tendit in ipsam: sed angelus qui est superior ordine nature, qd̄ homo, cōsecutus est eā ex ordine diuinæ sapientiae uno motu operationis meritorie, vt in primo expōsitu[m] est: \* Hōies aut̄ consequunt ipsam multis motib; opatio[n]i, qui merita dicuntur. Vnde ēt fīm Philosophū, † beatitudo est premium virtuosarum operationum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod operatio hominis non p̄exigitur ad consecutionem beatitudinis propter insufficientiam diuinæ uitritus beatificantis, sed ut serueretur ordo in rebus.

AD SECUNDVM dicendum, qd̄ primas creaturas statim Deus perfectas produxit absque alia dispositio[n]e, uel operatione creatura p̄cedente: quia sic instituit prima individualia specierum, ut per ea natura propagaretur ad posteros. Et similiter, quia per Christum qui est Deus & homo, beatitudo erat ad alios deriuanda, fīm illud Apostoli ad Hebr. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat: statim a principio suæ conceptionis, absque aliqua operatione meritoria p̄cedente, anima eius fuit beata: sed hoc est singularē in ipso. Nam pueris baptizatis subuenit E meritum Christi ad beatitudinem consequendam, licet definit in eis merita propria eo quod per bapti smum sunt Christi membra effici.

AD TERTIVM dicendum, qd̄ Apostolus loquitur de beatitudine spei, quæ h̄i per gratiā iustificantē, quæ quidē non datur pp opera p̄cedentia. Non n. h̄et rationem termini motus, ut beatitudo: sed magis ē principium motus, quo ad beatitudinem tenditur.

## ARTICULUS VIII.

Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod nō omnes appetant beatitudinem. Nullus enim po-

A test appetere quod ignorat, cūm bonum apprehensum sit obiectum appetitus, ut dicit in 3. de anima: \* sed multi nesciunt quid sit beatitudo, quod sicut Aug. dicit in 13. de Trin. † patet ex hoc, qd̄ quidam poluerunt beatitudinem in uoluptribus corporis, quidam in uitrite animæ, quidam in aliis rebus. nō ergo omnes beatitudinem appetunt.

¶ 2 Pr̄t. Essentia beatitudinis, est uisio essentiæ diuinæ, ut dictum est: \* sed aliqui opinantur hoc esse impossibile, qd̄ Deus per essentiā ab homine videatur, vnde hoc nō appetunt. ergo non omnes homines appetunt beatitudinem.

¶ 3 Pr̄t. Aug. dicit in 13. de Trin. \* Quod beatus est qui habet omnia quæ vult, & nihil male vult: sed non omnes hoc uolunt: quidam enim male aliqua uolunt, & tamen uolunt illa se uelle. non ergo omnes uolunt beatitudinem.

SED CONTRA eis, quod Aug. dicit 13. de Trin. † Si vnu[s] dixisset, Omnes beati esse vultis, miseri esse nō vultis, dixisset aliquid quod nullus in sua nō cognoscet voluntate. quilibet ergo vult esse beatus.

RESPON. Dicendum, qd̄ beatitudo duplíciter potest considerari. Vno modo fīm cōm rationem beatitudinis: & sic necesse est qd̄ omnis homo beatitudinem velit: ratio autem beatitudinis communis est, vt sit bonum perfectum, sicut dictum est. Cū autem bonum sit obiectum uoluntatis, perfectum bonum est alicuius, qd̄ totaliter eius uoluntati satisfacit. Vnde appetere beatitudinem, nihil aliud est qd̄ appetere ut uoluntas satietur. quod quilibet vult. Alio modo possumus loqui de beatitudine fīm specialē rationem, quantum ad id, in quo beatitudo constituit. Et sic nō omnes cognoscunt beatitudinem: quia nesciunt cui rei communis ratio beatitudinis cōueniat: & per consequens, quantum ad hoc, non oēs eam uolunt. Vnde patet responsio ad ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, qd̄ carnal uoluntas sequatur apprehensionem intellectus, seu rationis: sicut contingit qd̄ aliquid est idem secundum rem, quod tamen est diuerbum secundum rationis considerationem: ita contingit quod aliquid est idem fīm rē: & tamen uno modo appetitur, alio modo non appetitur. Beatitudo ergo potest considerari sub ratione finalis boni & perfecti, quæ est communis ratio beatitudinis: & sic naturaliter & ex necessitate uoluntas in illud tendit, vt dictum est. \* Potest etiam considerari secundum alias speciales considerationes, qd̄. 2. 5. vel ex parte ipsius operationis, uel ex parte potentie operativæ, uel ex parte obiecti: & sic non ex necessitate uoluntas tendit in ipsam.

AD TERTIVM dicendum, quod ista diffinitio beatitudinis, quam quidam poluerunt: Beatus est, qui habet oīa quæ vult, uel cui oīa optata succedit, quodam modo intellecta, est bona & sufficiens: alio uero modo est imperfecta. Si enim intelligatur simpliciter de omnibus quæ vult homo naturali appetitu, sic uerum est, quod qui habet oīa quæ vult, est beatus. Nihil enim satiat naturalem hominis appetitum, nisi bonum perfectum, quod est beatitudo. Si uero intelligatur de his, quæ homo vult secundū apprehensionem rationis, sic habere quedam quæ homo vult, nō pertinet ad beatitudinem, sed magis ad miseriā, inquantu[m] hīm̄ habitu impeditum hoīem, ne habeat quęcumq; vult naturaliter. sicut etiam rō accipit ut vera interdum, quę impedita cognitio ne veritatis. Et fīm hanc cōsiderationē Aug. \* addit ad p̄fectionem beatitudinis, quod nihil mali velit, quis primū posset sufficere, si recte intelligeretur, s. quod beatus est, qui habet omnia quæ vult.

Prima Secundū S. Thomæ. C QVÆ-

sc. 1. q. 10. art. 1. & 2. cor. 2. 1. & 2. cōs. 88. lib. 3. c. 9. & ver. 22. ar. 5. & 6. Et mal. q. 6. cor. & ad 7. q. 8. & 10. 8. 1. Eth. co. 5. n. li. 3. de aīa tex. 29. 34. & 49. 10. 2. c. 4. cir. pris. 10. 3. q. 3. ar. 8.

In cor. ar. 8. q. 1. ar. 5.

Locis in arg. fed. conc. & ratior.